



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 86. Quid si Romipeta delinquat, an privilegio Eugenianæ gaudeat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

negotiorumque temporalium. Quid vero si quis animi seu recreationis causa Romam petat. Licet favorabilis sit recreatio, uti superius ostendi, §. de immo Scholio 170. an & hæc causa ad hanc constitutionem extendi possit, nunc non disputo.

QUÆSTIO LXXXVI.

Quid si Romipeta delinquat, an privilegio Eugeniae gaudeat.

S U M M A R I U M.

1. Romipeta delinquens Privilegio non gaudet.

**R**espondetur quod non. Alphonsus Vinaldus ad Bullam Cœna Domini, no. 28. Gregorius Sayr. in Thesuro Theol. Moralit lib. 3. cap. 14. num. 8. Reatus enim omnem honorem solet excludere, cap. Privilegium 11. quest. 3. l. 1. C. ubi Sententi. quous C. de dignitatibus, lib. 12.

QUÆSTIO LXXXVII.

An hæc Eugenia eximat Romipetas à Jurisdictione Ordinariorum quo ad lites ceptas.

S U M M A R I U M.

1. Exemptio concessa motu proprio, extenditur ad causas pendentes.
2. Privilegium superveniens non eximit à jurisdictione iudicis qui prevenit.
3. Per preventionem acquiritur jus pariter.
4. Pontifex non censetur velle in tertio quæstum tollere.
5. Romipeta non possunt progressum iudicis impedire.

**V**idetur quod sic, quia Exemptio concessa motu proprio, extenditur etiam ad lites pendentes coram ordinario, Clem. si Roma de prebendis Apost. ad Abbatem in cap. cum dilectus de jur. patr. Barib. l. 1. nu. 3. ubi etiam Apost. ff. de panis, & ego latius. lib. 2. de Jurisd. Ord. in Exemptio cap. 16. nu. 14. sed in contrarium est, cui & ego assentior, quod privilegium fori superveniens non eximat à jurisdictione iudicis qui prevenit, cap. proposuisti ubi DD. de foro compet. signanter etiam, quod consti-  
tutioni